UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

137. Concertatio Apostolorum inter se de Principatu reprehenditur, eisdemque pr[a]edicitur, fore vt omnes ea nocte offendantur, & nominatim Petro, vt ter Christum neget.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 137. *Concertatio Apoſtolorum inter ſe de principatu reprehenditur, eiſdem prædicitur, fore vt omnes ea nocte offendantur, & nominatim Petro, vt ter Chriſtum ſe noſſe neget. Matth. 26.* 135. *Mar. 14.* 135. *Luc. 22.* 136. *Iohan. 13* 136.

S. Matthæus

ET hymno dicto, exierunt in mõtem oliueti. Tunc dicit illis Ieſus, Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Poſtquàm autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi, Etſi oẽs ſcãdalizati fuerint in te, ego nunquam

S. Marcus.

ET hymno dicto, exierunt in mõtem oliuarum. Et ait eis Ieſus, Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues. Sed poſtquàm reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi, Etſi omnes ſcandalizati fuerint: ſed nõ ego. Et ait illi Ieſus, Amẽ dico tibi, quia tu ho-

S. Lucas.

FActa eſt autem & cõtentio inter eos, quis eorũ videretur eſſe maior. Dixit autẽ eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem nõ ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nã quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nõnne qui recũbit? Ego autẽ in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat, vos autẽ eſtis qui permãſiſtis mecũ in tẽtationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnũ; vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël. Ait aũt Dñs, Simõ, Simõ, ecce ſatanas expetiuit vos vt cribaret ſicut triticum: ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquãdo cõuerſus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine, tecũ paratus ſum & in carcerẽ & in mortẽ ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, nõ cãtabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. Et dixit eis, Quãdo miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamẽtis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerũt, Nihil. Dixit ergo eis Sed nũc qui habet ſacculũ, tollat, ſimiliter & peram & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me, Et cum

S. Iohan[…]

FIliol[…]
adhu[…]
modicũ […]
biſcũ ſ[…]
Quæren[…]
me: & ſ[…]
dixi Iud[…]
Quò ego […]
do, vos […]
poteſtis […]
nire: & […]
vobis d[…]
modò. […]
datũ n[…]
do vobis […]
Vt dilig[…]
inuicem […]
cut dile[…]
vos, vt […]
vos dili[…]
tis inuic[…]
In hoc […]
gnoſcen[…]
omnes q[…]
diſcipuli […]
mei eſti[…]
dilectio[…]
habuer[…]
ad inu[…]
Dicit ei […]
mon Pe[…]
trus, D[…]
mine, […]
vadis?

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ſcādalizabor. Ait illi Ieſus, Amē dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cātet, ter me negabis. Ait illi Petus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, nō te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. *142.	die in nocte hac priuſquam gallus vocē bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, Et ſi oportuerit, me ſimul cōmori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. *142.	cū iniquis deputatus eſt. etenim ea quę ſunt de me, finē habent. At illi dixerūt, Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis, Satis eſt. *142.	Reſpōdit Ieſus, Quò ego vado, non potes me modò ſequi, ſequéris aūt poſtea. Dicit ei Petrus, Quare nō poſsū te ſequi modò? animā meā pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus, Animā tuā pro me pones? Amen, amen dico tibi, nō cantabit gallus, donec ter me neges. *138.

CAP. 138. *Concionis Domini à Cœna ad diſcipulos ſuos poſt diſceſſum Iudæ Iſcariotis, pars prima. Iohan. 14. *137.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			NON turbetur cor veſtrū. Creditis in Deū, & in me credite. In domo Patris mei māſiones multę ſunt. ſi quò minus, dixiſſem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterū venio, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. & quò ego vado ſcitis, & viá ſcitis. Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viá ſcire? Dicit ei Ieſus, Ego ſum via, & véritas, & vita, nemo venit ad Patrē, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis: & amodò cognoſcetis eum, & vidiſtis eū. Dicit ei Philippus, Domine, oſtende nobis patré, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus, Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Oſtende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, &